

allegans ad id casus decisos, & alios Doctores. Item talis consuetudo debet esse legitime prescripta, quæ quoad patrem sufficit decennalis, cum ipsi assistat Jus in cap. Licet, approbante talem consuetudinem Card. Petra loc. cit. num. 7. cum Glossa Barbosa, Ventriglia, Passerin. ibi allegatis, Matthæucc. loc. cit. num. 25. Sperl. loc. cit. num. 26. cum aliis ibi adductis, & alii. Quoad matrem autem, cui Jus non assistit, requiritur consuetudo quadragenaria, nec sufficit decennalis. Card. Petra loc. cit. num. 12. Sperl. loc. cit. num. 20. cum aliis ibi allegatis, Matthæucc. loc. cit. num. 25. Bursat. consil. 226. num. 218. vol. 3. Sebastian. Medices loc. cit. quest. 8. num. 23. Mortonus resol. 51. num. 43. & alii.

107 Et hæc quadragenaria consuetudo introduci potest etiam favore avorum, fratrum, consanguineorum, affinitum, tutorum, administratorum, maritorum, uxorum, dominorum, & amicorum, quia etiam in istis adest eadem ratio consuetudinis considerata in patre, vel matre; ut per Glossa in 4. cap. Licet; & ibi Franch. num. 3. & Stephan. Gratian. tom. 1. disp. forens. discept. 94. num. 80. apud Sperl. loc. cit. num. 26. & tenet Card. Petra loc. cit. num. 19. & alii apud Gratian. loc. c. alique plures. Contrarium tamen tenuerunt Joannes Asin. l. Familiaria sepulchra, ff. de religiosis. & sumptib. funer. Bursat. consil. 226. num. 118. col. 3. Bellet. disquisit. Cleric. tit. de Cleric. debitor. §. 3. num. 18. Barbosa in Collect. ad cap. 1. num. 6. de sepultura.

109 Impuberes decedentes non sibi electa sepultura, à supradictis ad id facultatem habentibus ratione legitime consuetudinis, sepeliendi sunt in sepulchro suorum majorum, si habeant, vel si non habeant, in propria parochiali. Communis, textu expresso in cit. cap. Licet 4. de sepultura. in 6. ibi: Sed sunt cum suis majoribus, vel in parochiali ecclesia tumulandi.

110 Electio sepulchre probari debet, cum sit quid facti, & sufficit probatio, non solum per testamentum, & codicillum validum, sed etiam invalidum per scripturam manu propria subscriptam, per duos testes, etiam si sint regulares, & per solum dictum Confessarii. Riccius in praxi 1. part. resol. 575. per tot. Mascard. de probationib. 3. vol. conclus. 1297. Lavor. loc. cit. cap. 11. num. 18. Molfesius in Summa tom. 2. tract. 13. cap. 8. num. 32. Ventriglia loc. cit. num. 45. Card. Petra loc. cit. num. 21. & alii passim. Et sic pluries declaravit Sacra Congr. Concil. & signanter die 14. Februarii 1666. & Benedict. XIII. const. incip. Prætorius §. 69.

111 Electio sepulchre potest variari toties quoties eligenti videbitur usque ad finem vite: electio enim sepulchre est pars ultimæ voluntatis, omnis autem actus ultimæ voluntatis sua natura est revocabilis, adeoque & c. Communis. Et hæc revocatio potest fieri, non solum expresse, sed etiam tacite per secundam electionem; Regulare enim est in actibus causa mortis ut secunda voluntas revocet primam. Communis.

112 Electio sepulchre semel legitime facta, si non revocetur, perseverat usque ad mortem: Unde si infirmus eligens sepulturam convalescat, & postea moriatur ex alia infirmitate, etiam per longissimum tempus, censetur mori cum electione sepulchre, & est sepeliendus in ipsa sepultura semel ab ipso electa, nam illa electio facta non censetur revocata, nec infirmata, ex quo infirmus pro tunc non decesserit, sicut testamentum factum in articulo mortis non infirmatur, ex eo quod testator convalescit; l. fin. & ibi Bald. & alii ff. de hered. institut. cap. Licet, de Procuratorib. in 6. cum similibus, & in terminis firmavit Sac. Cong. Conc. 13. Febr. 1666. in responsione ad tertium, ut mox infra patebit.

114 In materia electionis sepulchre valde notanda sunt responsa Sacri Cong. Conc. ad infrascripta Dubia.

I. An sit valida electio sepulchre, quam quis sive sanus, sive infirmus coram Parocho elegerit?

II. An ad validitatem electionis sepulchre requiratur testamentum in ultima infirmitate, vel

quod sufficiat, quod eligatur antea per alium actum publicum, qui testamentum non sit?

III. An sit nulla electio sepulchre, quando ipsa non legitime eligatur per testamentum factum in vita, & non in morte?

IV. An qui habet capellam sue familie cum propria sepultura, aut capellam exerit cum sepultura propria, moriens absque sepultura electione sepeliendus sit in cathedrali?

V. An valide eligatur sepultura coram duobus testibus?

VI. An electio sepulchre per natus, & signa in sepulchro, quo quis loqui non possit, sit valida?

VII. An confratres sodalitarum, non electi sepulchro, possint sepeliri in sepulchro sue ecclesie?

VIII. An electiones sepulchre, que jure præsumuntur, sicut uxoris respectu mariti, filii respectu patris, eorumque majorum, ac servorum respectu dominorum, sint validæ?

IX. An qui post mortem mandat suum corpus indui in sepulchro Tertiariorum sit sepeliendus in ecclesia Regulari?

Ad quæ sub die 13. Februarii 1666. respondens declaravit, & decrevit, ut sequitur.

Ad I. Censuit esse validam, dummodo Parochus non testetur ad proprium commodum.

Ad II. Censuit non requiri necessarium testamentum.

Ad III. Censuit non esse nullam.

Ad IV. Non sepeliendum in cathedrali.

Ad V. Esse validam.

Ad VI. Esse validam, dummodo sufficienter constet de voluntate eligentis.

Ad VII. Negative.

Ad VIII. Censuit quatenus electa non fuerit sepultura, uxorem in sepulchro ultimi viri sepeliendam, filios vero in sepulchro majorum, servos autem in parochia.

Ad IX. Censuit negative. Pignatell. tom. 1. consil. 17.

Clericis omnibus sive Secularibus, sive Regularibus est graver prohibiti in virtute Sanctæ Obedientie, & sub interminatione maledictionis æternæ, ne aliquis medio voto, vel juramento, aut pacto, seu promissione inducant, ut apud eorum ecclesias sepulturam eligant, vel jam electam ulterius non immutent, textu expresso in cap. Animarum 1. de sepulturis in 6. ibi: "Universis Religiosis, & Secularibus Clericis cujuscumque status, vel conditionis existant, in virtute Sanctæ Obedientie, & sub interminatione maledictionis æternæ districtissime prohibemus, ne aliquos ad fovendum, jurandum, vel fide interposita, seu aliis promittendum inducant, ut apud eorum ecclesias sepulturam eligant, vel jam electam ulterius non immutent.

Insuper Clerici Seculares, & Regulares quoad hoc transgressores incurrunt ultra gravissimam culpam, etiam ipso facto excommunicationem majorem Papæ reservatam, textu expresso in Clement. Cupientes §. Sane, de penis, ibi: "Sane temerarios Violatores constitutionis illius, quæ Religiosis, & Clericis Secularibus prohibet, ne aliquos ad fovendum, jurandum, vel fide interposita, seu aliis promittendum inducant, ut sepulturam apud eorum Ecclesias eligant, vel jam electam ulterius non immutent, similem sententiam (scilicet excommunicationis) pena in dicta constitutione contenta in suo perdurare robore, incurrere volumus ipso facto, ab alio, quam à Sede Apostolica, præterquam in mortis articulo, nullatenus absolventes, nullis privilegiis, aut statutis cujuscumque tenoris existant, super his vulturis.

Dictam excommunicationem incurrunt Clerici, & Religiosi, etiam effectus sepulchre non sit subsequens, dummodo subsequens sit effectus immediatus inductionis, id est, electio per juramentum, vel votum, vel

vel pactum. Unde non sufficit promissio de eligendo, ut dicatur inductio facta. Sic Bonifac. in dict. Clement. num. ult. & Card. ibid. Gemianin. in cit. cap. Animarum 1. de sepult. in 6. Silvester verb. Excommunicatione num. 49. Roderic. quest. Regul. 58. art. 7. dub. 5. Ventriglia loc. cit. num. 37. Matthæucc. loc. cit. n. 20. & alii contra Bonacinam tom. 3. de excommunic. in particul. disput. 2. quest. 5. punct. 8. num. 2. vers. Secundo.

118 Dictam excommunicationem, aliasque penas non incurrunt Clerici, & Religiosi inducentes aliquem ad eligendam sepulturam in ecclesia aliena, sed necessario requiritur, ut inducant ad eligendam sepulturam in propria ecclesia ad se pertinente, ut clare patet ex verbis cit. cap. Animarum, ibi: Ut apud eorum ecclesias sepulturam eligant, & in cit. Clement. Cupientes, §. Sane, ibi: Ut sepulturam apud eorum ecclesias eligant; Ventriglia loc. cit. num. 30. Lavorius loc. cit. cap. 11. n. 10. Bonacina loc. cit. vers. Secunda conditio in: Matthæucc. loc. cit. n. 26. Monacell. tom. 3. tit. 3. formul. 38. num. 9. & tom. 4. supplement. ad 2. tom. num. 417. Medices loc. cit. quest. 8. n. 17. & alii passim.

119 Supradictam excommunicationem, aliasque penas incurrunt solum Clerici, & Religiosi inducentes scienter, vel cum ingenti temeritate, quæ scientiam legis supponit, non autem ignorantes prohibitionem, nisi ignorantia sit affectata. Colligitur aperte ex verbis cit. cap. Animarum, ibi: Præsumptis sepelire, & citat. Clementin. Cupientes, §. Sane, ibi: Sane temerarios violatores: Præsumptio enim, & temeritas scientiam legis, & prohibitionis supponunt, Ventriglia loc. cit. num. 40. Matthæucc. loc. cit. num. 26. & alii.

120 Ut Clerici, & Religiosi incurrant prædictam excommunicationem, aliasque penas, requiritur ut ad eligendam sepulturam in eorum ecclesiis induxerint medio voto, aut juramento, vel pacto, seu promissione irrevocabili: non tamen incurrunt, si ad id dederint solum simplex consilium, aut adhortationem. Colligitur clare ex verbis cit. cap. Animarum, & cit. Clementin. Cupientes, §. Sane, ibi: "Ne aliquos ad fovendum, jurandum, vel fide interposita, seu aliis promittendum inducant." Sic teste Monacell. tom. 3. tit. 1. formul. 38. n. 10. communiter tradunt Samuel de sepultura. tract. 1. disp. 2. contror. 2. concl. 8. num. 16. Pasqualig. ad Laurent. de Franch. contror. part. 1. quest. 63. num. 2. Donat. prax. rer. Regular. tom. 3. tract. 9. quest. 27. num. 3. & etiam Card. Petra loc. cit. num. 45. cum pluribus aliis ibi citatis.

121 Immo ex Bonifac. in dict. Clement. num. 74. Roderic. loc. cit. art. 7. in fine. Tolet. lib. 1. cap. 36. §. Quarta: "Suarez disp. 2. de Censur. sect. 4. num. Sayr. lib. 5. cap. 11. num. 29. Ventriglia loc. cit. num. 38. pena apponit in cit. cap. Animarum; & citat. Clement. Cupientes: Non procedunt quando quis inducitur ad eligendam sepulturam in testamento, seu ultima voluntate.

122 An autem Parochi, ut supra, inducentes alienos Parochianos ad eligendam sepulturam in sua parochia, vel ad non mutandam jam electam, seu impedientes proprios, ne ipsam eligant in ecclesiis Regularium, incurrunt prædictam excommunicationem, aliasque penas? Controversia est inter Doctores, Bonacina enim tom. 3. de Excommunicat. in particulari extra Bullam Cane disp. 2. quest. 5. punct. 4. num. 5. quem sequitur Ventriglia loc. cit. num. 43. defendit partem negativam, ex quo, ut ipse ait, dicta constitutio in cap. Animarum, & dicta Clementina Cupientes: edita fuerit in favorem Parochorum, & quod inductum est in favorem alicujus, in ipsius odium retorqueri non debet; leg. Nulla ff. de legibus, & cap. Quod ob gratiam 61. de Regul. juris in 6. (Leg. 3. §. 7. pag. 1. 8. tit. 20. p. 2. ibi: Et si esto: 7. tit. 5. p. 5.) Monac. autem, tom. 2. supplement. ad 3. tom. num. 60. docet mordicus sententiam affirmativam, dicens cavendum esse à tali sententia, & à doctrina Bonacina, quia, dicit ipse, Bonacina in hoc fallitur, cum non in favorem Parochorum, sed decedentium, ad hoc nempe, ut libere quan-

documque, & ubicumque placuisset eis, sepulturam eligere possent, edita fuerit utraque citata constitutio tam Bonifacii VIII. in dict. cap. Animarum 1. de sepulturis, quam Clementis V. in dict. Clementin. Cupientes 3. de penis. Unde Parochi in his transgressores æque ac alii Clerici seculares, & Religiosi incurrunt dictam excommunicationem, aliasque penas, ut pro indubitato tenent Samuel de sepultura. tract. 1. disp. 2. contror. 5. per tot. & contror. 8. num. 7. & 15. Passerin. de statu homin. tom. 2. quest. 187. artic. 4. numer. 419. quia directe violant legem, & morientes inducunt ad obligationem contra legis mentem, quæ fuit, & est, ut electio sepulchre maneat libera, & ut adhibeatur remedium contra avaritiam, ut bene observat Passerin. loc. cit. num. 423. quæ ratio æque militat in Parochis respectu alienorum parochianorum, aut in Clericis secularibus, & Regularibus respectu ceterorum; & ubi eadem est ratio, eadem est legis dispositio; leg. Illud, ff. Ad Legem Aquilianam, & cap. Inter Corporalia 2. de translat. Episcop. Tum quia, ubi Jus non distinguit, nec nos distinguere debemus; leg. De pretio 8. de Publician. in rem actio. & verba generalia (uti sunt in cit. Constit.) Generaliter sunt intelligenda, cap. Quia circa 22. de priv. (Vide sup. num. 69.) Et sic videtur supponere etiam Donatus tom. 3. tract. 9. de sepultura. quest. 20. & alii: Ac sic expresse censuit Sac. Congr. Conc. in Laudensi Funerum die 2. Martii 1711. in respons. ad tertium, teste dict. Ursaya, tom. 1. pag. 2. discept. 14. num. 137.

Hinc cum in dictis constitutionibus fiat sermo generaliter, & indefinite de Religiosis, non distinguendo inter Fratres, & Moniales, nec inter Fratres Clericos, & Conversos, prædictam excommunicationem, aliasque penas incurrunt etiam Moniales, & Fratres Conversi vere Professi inducentes ad electionem sepulchre voto, juramento, vel pacto, ut tradunt communiter Doctores cum Samuele de sepulturis, tract. 1. disp. 2. contror. 1. concl. 5. num. 12.

Non incurrunt tamen dictam excommunicationem, aliasque penas, seculares, seu laici, etiam si voto, vel juramento, seu pacto, vel promissione irrevocabili inducerent aliquem ad sepulturam eligendam in aliqua determinata ecclesia, quia dictæ constit. in cit. cap. Animarum, & in cit. Clement. Cupientes: loquuntur solum de Religiosis, & Clericis secularibus, & non de secularibus, seu Laicis. A diversis autem non fit illatio; leg. Papinianus 29. ff. de Minoribus, cap. Ad audientiam 12. de Decimis, (Lit. E pag. 361. num. 31.) Nam ad incurrendam talem Juris penam, necesse est, ut sint Religiosi, vel Clerici Ecclesiastici, Monacell. tom. 3. tit. 2. formul. 38. num. 11. Medices de sepult. part. 1. quest. 8. num. 18. Ventriglia loc. cit. n. 41. Samuel. loc. cit. concl. 20. n. 46. & 47. & alii passim.

Alia penæ, quibus ultra excommunicationem subjacent, ut supra, inducentes voto, juramento, pacto, seu promissione irrevocabili ad eligendam sepulturam, vel jam electam non immutandam, sunt, quod tales Religiosi, seu Clerici seculares teneantur intra decendium, tam ad restitutionem sepulchrorum corporum, quam etiam omnium, quæ occasione sepulchre illorum pervenerunt quomodolibet ad eosdem. Et si dictam restitutionem integraliter non fecerint, eorum ecclesie, & cæmeteria subijacent interdicho, donec satisfecerint, textu expresso in cap. Animarum 1. de sepulturis in 6. §. Si vero, ibi: "Si vero iidem Religiosi, vel Clerici prædictos in suis ecclesiis, vel cæmeteriis præsumptis sepelire, ad restitutionem tam sepulchrorum corporum, (si perantur) quam etiam omnium, quæ occasione sepulchre illorum pervenerint quomodolibet ad eosdem infra decendium integraliter faciendam, ipsos obligatos esse censemus, quam nisi fecerint, ecclesie ipsæ, apud quæ sepulti fuerint, nec non & cæmeteria earumdem ex tunc eo ipso sint, & tamdiu remaneant ecclesiastico supposito interdicho, donec ab eis facta fuerit restitutio plenaria omnium prædictorum.

Insuper in cit. cap. Animarum, §. Nos enim: statu-

- tuitur, quod electio ad hujusmodi inductionem facta ipso Jure sit nulla, debeantque ita eligentes ibi sepeliri, ubi, nulla electione facta, aliis de jure sepeliri debuissent, ibi: "Nos enim, si secus actum fuerit, electionem talem decernimus nullius penitus existere firmitatis, statuente, ut hi, qui sic elegerint, nec apud sic electas ecclesias nallatenus sepeliri, nec alibi (ne contra votum, jumentum aut promissum hujusmodi a se factum, materiam habeant veniendi) possint eligere sepulturam, sed contradictione quacumque cessante, sepellantur omnino apud illas ecclesias, apud quas sepeliendi de jure fuissent, si aliis sepultura non electa forsitan decessissent."
- 127 Sepultura infra terram, & deposita, seu cadaverum conditoria, in tumbis profundis sunt collocanda, & eorum operimenta aequalia debent esse solo ecclesiae; Concil. Mediolanens. l. part. 2. tit. de sepultura. Et S. Pius V. constit. 5. incip. Cum primum Apostolatus, §. 8. ibi: "Et ut in ecclesiis nihil indecens relinquatur, iidem (hoc est Ordinarii) provideant, ut capse omnes, & deposita, seu alia cadaverum conditoria super terram existentia omnino amoveantur, prout aliis statutum fuit, & defunctorum corpora in tumbis profundis infra terram collocentur."
- 128 Solis enim Summis Pontificibus competit prerogativa, ut eorum corpora sepellantur in conditoris elevatis terra, ut videre est in Basilica Vaticana: Ut nequidem Personae Regales ea praerogativa gaudeant, ut novissime praxis docuit de cadavere Christianae Reginae Suecorum sepulto in eadem Basilica sub terra. Sic expresse Eminentiss. Card. Petra tom. 3. comment. ad constit. 3. Calerini III. sect. 1. num. 13.
- 129 In dicta tamen S. Pii V. dispositione non comprehenduntur monumenta marmorea muris, seu columnis adhaerentia, praesertim amotis cadaveribus a locis altis, quia haec nullam indecentiam, immo magnum ornamentum afferunt ecclesiis. Sic Sacra Congr. Episcop. rescripsit Episcopo Mantuano 13. Octobr. 1579. apud Nicol. in Florul. verb. Sepultura n. 2.
- 130 Sepulturae debent esse remotae ab altariis, ita ut sepulturae ostium longe absit ab altaris scabellis ligneis, seu praedella cubitis ad minus tribus. Concil. Mediolanens. l. part. 2. Decret. Visitat. Apostol. verb. Sepultura, ibi: "Sepulchrum ipsorum imposterum edificandorum ostium longe absit ab altaris scabellis ligneis, vel praedella cubitis ad minus tribus; sepulchra vero ipsa ad scabellum ligneum non pertingat."
- 131 Hinc nemo sepeliendus est prope altaria, seu sub praedellis, & si qua inibi reperiantur constructae sepulturae, interdicuntur Altaria, donec amotis ossibus ibi sepulchrorum sepulturae terra replentur, & muro obstruantur. Sic pluries decrevit S. Cong. ut videre est sub verb. Altare, ubi afferuntur decreta, & sub verb. Cadaver.
- 132 Sepulturae construuntur in quovis loco religioso, id est, ubi divina officia celebrantur. Communis, per text. in cap. Fratritatem 3. de Sepulturis, cap. Animarum 1. & c. Cum quis 2. eod. in 6. Et quidem in loco etiam minus religioso, id est, ubi divina officia minus frequenter celebrantur. Communis, arg. cap. Cum quis 2. §. Si quis, de Sepulturis in 6. ibi: "Si quis antiqua dimissa novam etiam in loco minus religioso elegerit sepulturam, electionem hujusmodi (licet jura super hoc videantur esse diversa) nequaquam volumus impugnari." Pro loco autem minus religioso intelligitur talis locus, qui Religiosus quidem est, sed tamen minus talis, utpote in quo minus frequenter officia divina missae, aut publice orationes fiunt, ut explicat Glossa communiter recepta in cit. cap. Cum quis, verb. Castus.
- 133 Admonet tamen Glossa ibid. melius, & utilius esse sepulturam construere, & sibi eligere in magis religioso loco, hoc est, in loco ubi magis celebrantur divina. Quod idem expressius docet rationem reddens alia Glossa in cap. Fratritatem 3. de sepultur. verb. Frequenter, ibi: "Haec est ratio, quare potius sepeliuntur homines in locis religiosis, quia frequentius ibi divina officia celebrantur." Ad quod aper-

te facit expressus textus in cit. cap. Fratritatem, ibi: "Fratritatem tuam non credimus ignorare, mortuorum sepulchra, & coemeteria apud illas ecclesias, & monasteria ex antiquo esse disposita, in quibus Religiosorum Fratrum Conventus sunt constituti, & orationes, atque missarum solemnia, tam pro vivis, quam pro defunctis frequentius celebrantur."

Hinc Bordonus tom. 2. resolut. 51. num. 87. Pellizzarius tom. 2. sui Manual. tract. 8. cap. 5. sect. 4. sub sect. 24. sub num. 144. Donatus tom. 3. tract. 10. de Sepultur. quest. 8. & alii expresse docent, melius, & utilius esse sepulturam sibi construere, & eligere in ecclesiis Regularium, quam aliorum. Et ratio est clara, quia sepulti in ecclesiis Regularium ex frequentiori divinatorum officiorum celebratione plus de piis operibus participant, cum etiam ex majori frequentatione populi accurrentis ad divina officia in ecclesiis audienda frequentior de ipsis fiet memoria, sicque frequentius orationes & suffragia pro ipsis Deo offerantur. Quod clare indicat verba ipsa cit. cap. Fratritatem, ibi: "In quibus Religiosorum Fratrum Conventus sunt constituti, & orationes, atque missarum solemnia, tam pro vivis, quam pro defunctis frequentius celebrantur"; tum quia in dictis ecclesiis sepulti cum habito religiose lucrantur Indulgentiam plenariam ex Indulto Leon. X. ut patet ex dictis sub verb. Habitus.

Quamvis enim olim de Jure communi sepulturae construuntur, & eligi potuissent solum in ecclesiis parochialibus, earumque coemeteriis, & utpote solis habentibus fundatam pro se intentionem, ita omnes Parochiani ibidem sepeliri deberent, per text. in cap. Nos instituta 1. c. Fratritatem 3. c. In nostra 10. de Sepulturis, cap. Cum quis 2. eod. in 6. Clement. Dudam §. Verum de Sepultura, cum similibus; tamen hodie possunt etiam construuntur, & eligi in ecclesiis Regularium ex speciali privilegio Juri communi inserto, Fratris Praedicatoribus, & Minoribus concessio in Clement. Dudam 2. §. Hujusmodi, de Sepulturis, & Extrav. Super Cathedram 2. §. Hujusmodi, de Sepulturis, quo privilegio gaudent omnes alii Regulares, tum per communicationem, tum per speciales sibi ad id factas a Sede Apostolica, concessionem, ut videre est in compendii privilegiorum Regularium, testaturque Communis Doctorum, & docet praxis universalis.

Excipiuntur tamen ecclesiae Monialium, in quibus non possunt construuntur, nec eligi sepulturae laicis, seu secularibus utriusque sexus absque speciali licentia Sacrae Congregationis, & copulativa Monialium. Sic pluries declaravit Sacra Congr. Episcop. & Regul. & in Montefestruini. 21. Novemb. 1603. in Gravinen. 1. Octobr. 1650. his verbis: "Nelle chiese antiche di fuori non si possono sepolire esteri e forastieri; ne Uomini, ne Donne, ne anco Principi, ancorche vi fostero sepolti i loro Maggiori"; Sic ex Pignatelli tom. 4. consil. 177. num. 1. refert, & tenet Card. Petra loc. cit. num. 29. Idem decrevit in Foro Sempronien. 25. August. 1625. & in Maceraten. 8. Novemb. ejusdem anni; Quae decreta bene ponderata iterum probavit ead. Sacra Congr. Episcop. & Regul. in Vercellen. 18. Maji 1695. non obstante solito, referente Eminentiss. Pamphil. & in Mantuana 14. Martii 1697. Ponente Eminentiss. Acciajolo, & in Camerin. 6. Martii 1713. Ponente Eminentiss. Corino ex post Summo Pontifice sub nomine Clementis XIII. & saepe alibi teste Ursaya tom. 1. part. 1. discept. 36. num. 18.

Solet tamen concedi licentia a Sacra Congregatione, tam pro construendo sepulchro, quam pro eligenda sepultura in ecclesiis Monialium, ut declaravit requiri in Ferrarian. 15. Julii 1604. pro personis benemeritis, vel cum elemosyna competenti; Eadem S. Congr. Episcop. & Regul. in Messana 6. Aug. 1601. & in Camerin. 6. Martii 1713. Ponente a de Eminentissimo Corino. Et tunc officium facit Parochus usque ad portam ecclesiae, & non ultra, exequias complen-

- plente exposit Confessario Monialium; Eadem Sacra Congr. Episcop. & Regular. in una Observantium 5. Junii 1615. & Sac. Cong. Concil. 19. Martii 1639. teste d. Ursaya tom. 2. part. 1. discept. 8. num. 13. 27. 28. 29. & 30.
- In casu autem, quod quis electa sepultura in ecclesia Monialium, non possit defectu licentiae in ea sepeliri, tunc si is non habet sepulchrum majorem, deberet sepeliri in parochiali, per dicta, & Jura adducta supra num. 93. & in terminis tenent Passerin. de statu homin. tom. 2. quest. 187. art. 4. num. 260. Card. Petra loc. cit. num. 33. in fine, dicentes, si impedimentum esset temporaneum, & speraretur obtinenda licentia, posse tunc expectari, deposito cadavere in aliquo loco; Matthaeucci loc. cit. num. 4. & alii.
- 141 Sepulchra nova construuntur non possunt in ecclesiis secularibus absque licentia in scriptis obtenta ab Episcopo, & in ecclesiis Regularium saltem a Provinciali; Concilium Mediolanense l. num. 2. tit. de Sepul. verb. Verum curetur, & S. Pius V. cit. const. Cum primum Apostolatus, Barb. lib. 2. Juris eccles. univ. cap. 10. n. 9. cum pluribus ibi citatis, & alii passim.
- 142 Regulares nequeunt de se renuntiare Juri sepeliendi cadavera eligentium sepulturam in eorum ecclesiis, si agatur de eorum ecclesiis, seu monasteriis jam fundatis, seu erectis, sed tunc requiritur Beneficium Apostolicum, & solemnitas copulative requisita in alienatione, etiam Jurium ecclesiae, ita ut nullus Superior, nec Localis, nec Provincialis, & nec Generalis possit per ullum pactum praedicare Juri quoad sepeliendi, argum. Extravag. Ambitiosa Pauli II. de rebus ecclesiae non alienand. inter Commun. Ipsa enim Extravagans procedit verbis amplissimis, & comprehendentibus etiam Jura, nam utitur verbo rerum, quo vocabulo intelliguntur etiam Jura, & actiones, textu expresso in leg. Rei appellatioe 23. ff. de verb. significat. (Vide lit. A pag. 85. num. 9. in fin. Consonant leg. ex 4. ad 18. inclusivae, tit. 29. part. 3. & §. tit. 13. p. 5.) ibi: Rei appellatioe, & causa, & Jura continentur, maxime stante dictione universalium omnium, quae est universalissima per Barb. dist. 241. & nihil excipit: Qui enim dicit omnia, nihil excipit, cap. Solitae 6. §. Nobis, de Majorit. & Obediem. cum similibus. (Vid. lit. A pag. 251. num. 12. lit. B pag. 428. num. 109.)
- 143 Nec obstant cap. Pactum 1. & cap. Quia ex eo 3. de pactis in 6. ubi statuitur, quod si Regulares cum Parochis specialiter paciscantur, quod privilegio sepulturae pro ecclesiis, & locis suis concessio, ex toto, vel ex parte ut nolint, vel non nisi cum certis circumstantiis pacta hujusmodi servare debeant: Quamvis sepultura libera sit monasterio vestro ab Apostolica Sede indulta, & illi apud vos elegerint sepeliri, ut expresse dicitur in cit. cap. Pactum 1. de pactis in 6. ubi etiam ratio subjungitur his verbis: Cum per dictum pactum indulto hujusmodi derogetur: Et si factum sit sine praescripto, consensu, & auctoritate Provincialis, & Generalis, quinimodo etiam Sedis Apostolicae: Dummodo a Prioribus, aut Guardianis facta, vel approbata fuerint de suorum Consensu consilio, & assensu; Dum tamen aliis sint licita, & honesta, ut expresse dicitur in cit. cap. Quia ex eo 3. de pactis in 6.
- 144 Non obstant, inquam, quia cit. cap. Pactum nihil dicit contra nos, sed solum statuit posse per pactum privilegio derogari, quod verum est, si adsit legitima causa, & solemnitas requisita. Et aliud citat. cap. Quia ex eo 3. de pactis in 6. optime exprimit, ut pacta observanda sint licita, & honesta, quae nequeunt sic considerari post Jus quassitum monasteriis, & populis, qui in fundatione monasteriorum acquisierunt Jus, & liberam facultatem sepulturae ibi eligendi, & respective tradendi. Unde praedicti textus non loquuntur, nec intelligendi sunt de pactis initis post fundationem Conventionum, & Jus quassitum pro sepulturis; sed solum de pactis initis ante fundationem, & Jus quassitum, & de quibusdam concordis factis per viam transactionis, & compositionis, ad tollendas dissensionem: Et dato, & non concessio, quod intelligeretur

de pactis initis post fundationem, & Jus quassitum, ipsis quoad hoc fuisset derogatum per dictam Extravagantem Ambitiosa, utpote posteriori dictis textibus sexti Decretalium, cum posteriora derogent prioribus, per textum in cap. Licet Romanus 1. de Constit. in 6. leg. Sed & posteriores ff. de Legibus, cum similibus. (Vid. verb. Consuetudo, & verb. Lex.)

Si autem agatur de Regularium ecclesiis, & monasteriis nondum fundatis, sed fundandis, seu erigendis, tunc si in limine fundationis fiat pactum cum Parocho de non recipiendis ad sepulturam illius Parochianis sine expressa ipsius licentia, tale pactum erit omnino observandum, juxta cit. cap. Pactum 1. & cap. Quia ex eo 3. de pactis in 6. & cap. Antigonus 1. de pactis, ibi: Initia pacta tuam obtineant firmitatem, pacta custodiantur, & cap. Qualiter 3. eodem ibi: Studiose agendum est, ut ea, quae promittuntur, opere compleantur; Et concordat leg. Hujus Edicti 1. ff. de pactis in principio. Ubi expresse dicitur: Quid enim tam congruum fidei humane, quam ea, quae inter eos placuerunt, servare? Nec hic obstat cit. Extravagans Ambitiosa, quia in hoc casu agitur de solo Jure querendo: Unde non potest dici, quod alienetur Jus ecclesiae: Sicut enim Parochus debet audiri, & potest impedire constructionem novi monasterii ratione praedicti sibi inferendi, ita potest pacto, hujusmodi praedictio re integra ante erectionem occurrere, prout passim in limine fundationis possunt apponi conditiones etiam Juri communi non conformes, dummodo sint honestae, ut in genere tradunt communiter Doctores, & in specie in his terminis praecise Rota part. 19. tom. 2. recent. decis. 477. num. 7. & 8. & decis. 487. n. 7. & sequ. expresse canonizando pactum factum cum Parocho in limine fundationis monasterii circa hoc Jus sepeliendum quia similia pacta facta in limine fundationis Conventionum videntur transire sub approbatione Sedis Apostolicae, quae non solet concedere facultatem pro Conventionibus de novo erigendis, nisi sint prius auditi Ordinarii, & constat de partium consensu. Sic pluries adductis Cardinal. Petra in cit. consil. 3. Calerini III. d. num. 21. Matthaeucci loc. cit. num. 2. & alii. Rota tamen cit. decis. 489. num. 6. tenet, quod dictum pactum valeat, nedum pro ecclesiis adhuc construendis, sed etiam pro jam constructis, per text. & Doct. in cit. cap. Pactum 1. & cap. Quia ex eo 3. de pactis in 6.

An autem pacta, conventiones, & concordiae factae per viam transactionis a Superioribus localibus, sine licentia Generalium, seu Provincialium, cum Parochis quoad sepulturae, & funeralia, pro tollendis dissensionibus inter ipsos, valeant, & debeant de Jure sustineri? Vide verb. Pactum, art. 2. num. 27. & 28.

Quamvis proprietates, & dominium sepulturae ab aliquo acquiri non possit, ex quo sit quid religiosum, & in nullius bonis sit, & extra commercium hominum esse dicatur, & ob id nec acquiri ab aliquo, nec possideri possit, leg. Quamquam, ff. de aqua pluvial. arceud. leg. Si sepulchrum, Cod. de religiosis, & sumptibus funer. Rota part. 3. recent. decis. 22. num. 2. & Communis Doctorum; Jus tamen, & usus sepulturae, sive sepeliendi acquisibile est, ita ut qui acquisivit, in eo sepeliri possit, ac ceteros, ne ibi sepellantur, prohibere; leg. 1. 2. §. Usum fructum, leg. Familiaria, & leg. sequent. ff. de religiosis, & sumptibus funer. leg. Jus sepulchri, Cod. eodem tit. Rota loc. cit. num. 2. citans alias decisiones, & communem Doctorum. (Postquam quae singulis contra dicta sunt extensa recognoscatur, vide etiam leg. 12. & 14. tit. 28. part. 3.)

Ad hoc autem Jus sepulturae acquirendum quoad alios privative requiritur licentia edificandi ab initio sepulturam una cum ipsa edificatione subsequenda. Samuel. de sepulchris tract. 1. disp. 1. contrav. 4. conc. 6. Lambert. de Jure patronat. part. 1. art. ult. vers. Bene verum, & vers. Si de cetero: Barbos. de Offic. & potest. Parochi, part. 3. cap. 26. num. 12. & lib. 2. Jur. eccles. univ. vers. cap. 10. num. 12. Rota in Burgenis sepultura 9. Decembris 1605. coram Olenbergo.

Nec censetur tale Jus quassitum ex solo cursu de-

cennali, & cadaverum illatione, ut in *dict. Bergensi, ac Calagurritana sepulturæ* 21. *Maii* 1616. coram Coccino Decano, Barbos. loc. cit. n. 23. Samuel. de sepulturis tract. disp. 1. contr. 4. post concl. 6. & alii.

151 Nec etiam Jus sepulture censetur acquisitum private quoad alios ex Jurepatronatus, quod quis habet in ecclesia. Rota in *Toletana capellania, & sepulture usur* 27. *Julii* 1616. coram Ubaldino, Samuel. loc. cit. concl. 7. Barbos. loc. cit. num. 14. Lambertin. loc. cit. quest. 11. in princip. §. 13. Concessa enim simpliciter Capella, non dicitur concessum Jus sepulture, prout fuit resolutum in *avenionensi concessionis capellarium* 13. *Januarii* 1587. coram D. Liita: Sed si Patronus in loco patenti dicte capelle foderet sepulturam, Episcopo, seu Rectore ecclesie non contradicente, præsumeretur licentia tacita. Sic Riccius in *prax. p. 1. resolut. 39. num. 6.* qui ad tollendas differentias dat cautelam Notariis, ut in similibus contractibus apponant clausulam: *Cum Jure funerandi. Ventriglia tom. 1. annot. 1. §. 2. num. 15.*

152 Censetur autem Jus sepulture quæsitum, & pro tali probatur esse commune Familie ex inspectione literarum, & armorum in sculptione, quæ demonstrant rem esse de pertinentia ejus, cujus sunt arma, cum inprimis non poterint nisi de voluntate Prælati ecclesie, cui spectat cura rerum hujusmodi. Rot. part. 17. recent. decis. 139. num. 4. §. 6. & 7. Mascard. de probationibus concl. 1297. Barbos. loc. cit. num. 15. cum aliis ibi allegatis.

153 Jus sepulture familiaris transit ad omnes descendentes de familia ejus, qui sepulchrum construxit, vel alio legitimo modo sibi & familie sue acquisivit. Et in tali sepultura soli ipsi sepeliri possunt; *cit. leg. Familiaria §. ff. de relig. & sumptib. funer. Rota part. 3. recent. decis. 22. num. 3. Samuel. loc. cit. conclus. 6. cum pluribus ibi citatis;* unde tale Jus sepulture familiaris retinetur etiam femine, quæ in aliam familiam transeunt, sive proximiores, sive remotiores sint, *leg. Liberorum, ff. de verbor. signific. Sicuti etiam omnes descendentes ex ipsis; Rota part. 2. recent. dec. 22. num. 3. cum ibi allegatis.*

154 Jus sepulture hæreditarie transit ad hæredes, & successores ejus, qui sepulchrum construxit, vel alio legitimo modo sibi, & hæredibus, seu successoribus suis acquisivit. Et in tali sepultura soli ipsi sepeliri possunt, *cit. leg. Familiaria §. ff. de relig. & sumptib. funer. & leg. Jus sepulchri, Cod. cod. tit. Rota cit. part. 3. dec. 22. num. 3. Molina lib. 1. de Hispaniar. primogen. cap. 24. num. 4. Joann. Baptist. Asin. in dict. leg. Familiaria §. ff. de religio. & sumptib. funer. & alii passim.*

155 Et tale Jus transit etiam ad hæredes extraneos, *cit. leg. Familiaria §. cum leg. seq. ff. de relig. & sumptib. funer. Rota part. 2. recent. decis. 226. num. 3. Molina loc. cit. num. 9. & alii.*

156 Pro Jure sepulture, sive ut aliquis in certo loco ecclesie, aut cæmeterii sepeliri possit, aliquid tamquam pretium exigere, simoniacum est: Est enim rei spiritualis venditio pro re temporali: Et sepultura in tali sensu accepta nullatenus vendi potest, sed gratis est præstanda defunctis per eorum Parochos. *Communis, textu expresso in cap. Abolenda 13. de sepult.*

157 Usus autem vendendi capellas pro inibi construenda sepultura non est simoniacus, quia id, quod datur, est per modum elemosinæ ad reparacionem Ecclesie, vel ad sustentationem Ministrorum illius, & non pro pretio, sicuti datur stipendium pro Divinis & Missis celebrandis; *Barb. loc. cit. n. 16. Portell. in dub. Regul. verb. Sepultura, n. 8. Suarez tom. 1. tract. 3. cap. 14. n. 22. Donat. loc. cit. tract. 9. quest. 3. n. 2. cum aliis ibi allegatis, & alii passim.*

158 Sic ratione honorabilioris situs, seu dignioris loci potest esse licita pretii receptio pro sepultura, cum hoc non videatur concernere spiritualia, sed tantum honorem, & præmientiam, quæ potest pretio æstimari, & vendi; hujusmodi enim situs honorabilior, & dignior locus non est ad sepulturam necessarius, ac idcirco non venditur sepultura, nec sacrum: Et ecclesia

habet cæmeterium, ubi gratis fideles sepeliuntur, adeoque, &c. Sic Samuel de sepulturis, tract. 2. contr. 13. conclus. 8. cum innumeris aliis ibi citatis; *Barb. loc. cit. num. 16. cum plurimis ibi allegatis, & communissima aliorum.*

Unde potest sine Beneficito Apostolico concedi <sup>159</sup> census pro construenda capella, ac sepultura, ut censuit Sac. Cong. Concil. in *Meliteni Alienationis die 6. Septembris* 1669. in qua proposito dubio: "Archipresbyter, & Parochus collegiæ ecclesie oppidi Seminarie reverenter exponit, Clerum ejusdem loci ad procurandam fabricam antedictæ ecclesie, illi donasse ad proximum futurum triennium Jus exigendi ab officialibus laicis ansum unum pro quolibet Rotolo carnis pro certo numero Rotolorum Competente Clericis illius loci ratione exemptionis ipsis debite à gabelis laicalibus; cui donationi pactum additum fuit, ut Procurator ejusdem ecclesie sepulchrum pro ipso Clero in ea constitutur teneatur: Idem Archipresbyter atenta dispositione Sacri Concilii Tridentini, & sacrorum canonum, & præcisè Extravaganis *Ambrusianæ* prohibentis alienationes bonorum, & Jurium ecclesiasticorum, reverenter supplicat declarari: An prænarrata donatio absque Sedis Apostolicæ Beneficito facta, fuerit valida? Sacra Congreg. respondit Affirmative.

Si autem concedatur usus privativus capellæ, seu sepulture jam constructæ, cum sit vera alienatio, requiritur Beneficium Apostolicum. Et revera solent Regulares recurrere ad Sacram Congregationem pro ejusmodi concessionibus capellarum, & sepulcrarum jam constructarum, ut actum fuit pro Patribus Augustinianis disalceatis Sancti Nicolai Tolentini Urbis, pro concessionibus Capellæ jam constructæ. Episcopo Terraciniensi Monanno pro pretio stutorum mille, *sub die 17. Novembris* 1708. Beneficium fuit concessum. Sic refert, & tenet Cardin. Petra tom. 5. commentar. ad constitut. 5. *Pauli II. sect. 2. num. 19. Rota in Bononiensi sepulture 13. Maii* 1670. coram Liita, Navarr. *concl. 1. de sepultura*, Donatus tom. 1. part. 2. quest. 79. Felix Potestas tom. 1. p. 2. num. 968. Matthæucc. *Official. Curia cap. 54. quoad res ecclesiarum, & monasteriorum non alienandas*, num. 22. & plures alii loquentes indiscriminatim de omnibus.

Loquendo autem de Fratibus Minoribus, speciali <sup>160</sup> Jure prohibentur sine Beneficito Apostolico capellas, & sepulcras vendere, seu alienare, transferendo in alios dominium, & proprietatem earum: Habetur expresse ex declaratione Sacræ Congreg. ab Urbano VIII. consultationibus Prætorum Minorum præpositæ in Bular. tom. 4. ad constitut. 49. *incip. Sacrosanctum*: præcipientis Observantiam Ordinationum, prout in textu, §. Cum asseratis, *vers. Item statuitur*: ibi: "Item statuitur ut deinceps nulla instrumenta publica fiant à Fratibus, capitulariter congregatis, nec quocumque alio modo se habentibus, in quibus transferatur dominium, & proprietates alicujus capellæ, sive sepulture, cum hoc omnino sit contra regulam, & repugnet nostro instituto; nam quomodo aliquis dat quod non habet? Si tamen occasio se obtulerit, in qua oportet satisfacere devotæ Fidelium voluntati, id fiat per modos nostræ regulæ, & instituto congruentes." Vide *verb. Votum, art. 2. num. 93. & 95. & seq.* ubi refertur integra talis declaratio.

Modi autem nostræ regulæ & instituto congruentes sunt, quod in concessione capellæ, vel sepulture, non intercedat mercatus, vel venditio, nec deducatur in pactum aliqua solutio pro illis, neque aliqua civis obligatio superveniat; sed solummodo concedatur titulus honorificus, & usus facti, fabricandi, ornandi, illuminandi, paramentis decorandi capellam, & in illa fodiendi sibi, & suis sepulturam, ac in illa se suosque sepeliendi. Sic enim non contrafit regulæ, nec capellæ, aut sepultura dicitur alienari, cum dominium, & proprietates non transferatur, nec persona cui conceditur, possit censeri domina, ut notant *Ameno de panis, tit. 3. Alienatio bonorum, num. 12. Sanctior. de panis,*

*cap. 7. difficult. 6. fol. 648. Lantusa theatr. Regular. verb. Alienatio, num. 4. Felix Potestas tom. 1. part. 2. num. 969. Matthæucc. loc. cit. num. 26. & 27. ubi Sannig. Schol. Canonice. tom. 2. lib. 3. cap. 4. num. 1. subjungit, quod Syndicus, tamquam Oeconomus Sedis Apostolicæ, posset per modum elemosinæ recipere quidquid liber daret is, cui fuisset prædicta concessa.*

163 Habens propriam sepulturam suis sumptibus pro se, ac suis successoribus constructam, non committit simoniam, si eam vendat quoad materiale fundi, & respectu habito ad solas expensas factas in illa edificanda: Ibi enim non venditur quid spirituale, cum non vendatur beneficium, seu consecratio sepulture, sed solum illud materiale fundi, ad quod alia sequuntur, quia loca similia Jure hæreditario de parentibus transferuntur in filios ratione temporalitatis in eis remanentis, seu existentis. Sic Barbosa, Lambert. Suarez, Lavorius, Sanchez, Lezana citati, & sequuntur à Samuel. loc. cit. conclus. 16. ubi testatur de communi sententia.

164 Jus Sepulture amittitur per simoniam, per Rectoris occisionem, per hæresim, per crimen læsæ majestatis, aut si vivus in ea sepeliatur, & aliis modis, de quibus Lambert. de *Jurepatronat. lib. 3. quest. 8. art. 1. Samuel de sepulturis, tract. 1. disp. 1. contr. 8. conc. 1. & alii ibi allegatis Barbosa loc. cit. num. 39. & alii.*

165 Sepultura, vel capella alicui concessa pro se & suis descendentes, conventus, seu monasterium eis illam auferre nequit, cum tali sepultura, vel capella reputetur, tamquam hospitium, *cap. Ebron 2. caus. 13. 166 quest. 2. Extinctis vero Domino, & illius descendentes, tunc potest conventus libere sepulturam alteri concedere, nam mortuo usuario, usus ille redit ad proprietarium libere; leg. penultim. Cod. de Usufruct. & leg. Si habitatio, §. final. ff. de usu, & habitat. Samuel. de sepulturis, tract. 1. contr. 8. conclus. 7. & 8. cum pluribus ibi allegatis, *verb. Usufructus.**

167 Arma, seu insignia in ecclesia, vel capella, aut sepultura, posita à primo fundatore nullo modo auferri possunt, sed semper ibi remanere debent in ejus memoriam. Et nequidem ab ejus hærede mutari possunt, qui novus hæres, si sit alienæ familie à fundatore, potest quidem etiam sua arma, & insignia ibi reponere, ut semper remanentibus illis primi fundatoris cum perpetua inscriptione fidem faciente de primo fundatore; *leg. Qui liberalitate, §. Nec ejus nomine, ff. de operibus public. ibi: "Nec ejus nomine, cujus liberalitate opus extructum est, eraso, alia nomina inscribantur." Vide verb. Arma, seu Insignia ad num. 1. r. usque in fin.*

168 Violatores sepulture, seu sepulchri, pro quibus veniunt, qui sepulchrum non tantum violant, sed etiam inde monumenta, vel alia auferunt, vel cadavera effodiunt, & spoliant; *leg. Si sepulchrum 2. & leg. Prætor ait 3. de sepulchro violato, ultra infamiam, quam incurrunr; leg. 1. ff. eodem, puniuntur poena arbitraria, & subinde etiam capitali, præsertim si corpora, vel ossa eruantur; leg. Prætor ait 3. & §. final. ff. eodem, ibi: Rei sepulchrorum violatorum, si corpora ipsa extraxerint, vel ossa eruerint, humiliores quidem fortuna ultimo supplicio afficiuntur, honestiores in insulam deportantur, aliis autem relegantur, aut ad metallum damnantur.*

169 Sepultura ecclesiastica non est à Parocho retardanda, seu differenda cadaveribus sub prætextu compositionis Quartæ Funeralis; *Sacr. Congr. Episc. & Regular. in Cusaniensi 5. Maii* 1617. Nec etiam propter Jus sepulture minime solutum, cum nulla ratio patiatur, christianæque pietati repugnans videatur, maxime vero ob pecuniarum interesse, cadavera inseputura remanere, *Sacr. Congr. Episcop. & Regul. in Crotoniensi 17. Septembris* 1617. Cadavera enim pauperum Fidelium gratis omnino tumulari, & sepulture tradi debent. *Sacr. Congr. Episcop. & Regul. in dict. Cusaniensi 5. Maii* 1617. Clemens IX. in constitut. 28. *incip. In excelsa* 10.

170 Ecclesiastica sepultura carere debent omnes non baptizati, uti sunt Judæi, Turcæ, seu Pagani, *cap. Ecclesiam 26. cap. Ecclesiam 27. distind. 1. de consecr.*

Huc pertinent etiam infantes Catholicorum certò decedentes sine Baptismo: si vero dubium sit, an sint, vel non valide baptizati, non sunt privandi ecclesiastica sepultura. *Engel lib. 3. Decret. tit. 28. num. 17. Reiffenstuel ibid. num. 77. Samuel de sepult. tract. 2. contr. 3. concl. 13. cum aliis ibi allegatis; arg. cap. In obscuris 30. de Regul. jur. in 6. (Vide lit. A 249. num. 27. & lit. 375. num. 57.) Item hoc reducentur Cathemeni, quia & ipsi Baptismo carent. Vide appendicem ad calcem hujus tituli. Paludan. in 4. dist. 4. quest. 3. art. 1. Layman lib. 3. tract. 6. cap. 12. num. 10. La Croix lib. 17. num. 250. cum aliis ibi allegatis, Piching. lib. 3. Decret. tit. 28. num. 62. Reiffenstuel ibid. num. 77. ubi testatur etiam de communi. Quamvis tamen Samuel loc. cit. conclus. 13. dicat, Cathemenos esse sepeliendos in loco sacro, quia jam pro Fidelibus habentur uti etiam tenet Gobat de Baptismo num. 620. *vers. Cum ad Apostolicam, & Presbytri, non baptizato.**

Item ecclesiastica sepultura carere debent Hæretici, & in puncto hæresis eorum receptores, defensores, fautores, &c. c. Sicut 8. c. Excommunicamus 13. §. Credentes, de Hæretic. c. Quicumque 2. eodem in 6. Etiam hæresis solum post mortem eorum fuerit detecta; *arg. cap. Sane 6. caus. 24. quest. 2.*

Item notorie Excommunicati; *cap. De Communicone 1. caus. 24. quest. 2. de sepult. nisi in articulo mortis signa poenitentiae dederint, ac per eos non steterit quominus fuerint absoluti. In tali enim casu dicitur excommunicati etiam post mortem ritum ab ecclesia præscripto absolvi, sicut absoluti in loco sacro sepeliri possunt, ac debent, c. A nobis 28. de sentent. excommun. in 6. Et sic expresse declarat Sac. Congr. Episcop. & Regul. in Nolana 9. Julii* 1619. apud Barb. lib. 2. *Jur. eccles. univers. cap. 10. num. 40. & de offic. & potestat. Parochi part. 3. cap. 26. num. 40.*

Item Interdicti notorii, & denunciati. *Clement. 1. 175 de sepult. Generaliter enim per omne Interdictum, sive locale, sive personale usus ecclesiasticæ sepulture prohibetur, cap. Cum & plantare, §. Quod si Templarii, de privileg. & idem de suspensis ab ingressu ecclesie deciditur, c. In cui 20. §. Talis quoque, de sentent. excommunic. in 6.*

Item publici, & manifesti usurarii, nisi alienum restituerint, vel idoneam dederint de restituendo cautionem, *cap. Quia 4. de usuris, cap. Quamquam 2. eod. in 6. (Ad num. 168. verb. Cadaver.)*

Item manifesti raptores, & ecclesiarum violatores, *177 cap. Super eo 2. de Raptorib. Secus vero est dicendum, si occulti sint, & confessi, ac restitutionem fecerint per se, vel per alios. At tunc sunt in cæmeterio tumulandi absque Clero, ex cit. cap. Super eo 2. de Raptoribus.*

Item decedentes in torneamentis, c. Felicitas 1. & c. 178 Ad audientiam 2. de torneamentis.

Item decedentes in duello, juxta dicta sub verb. 179 Duellum. Vide ibi.

Item qui per annum integrum non continentur, & 180 tempore Paschali sacram Synaxim sine justa causa non suscipiunt, nisi de consilio Sacerdotis prorogassent, *cap. Omnis utriusque 12. de panis. & remissionibus.*

Item publice blasphemantes Deum, ac Santos, 181 & præsertim B. Mariam V. & impenitentes morientes, seu Poenitentiam eis injunctam non facientes, c. Statuimus 2. de Maledicis.

Item decimas recipientes, & ecclesie non restituentes, *cap. Prohibemus 19. de Decimis, ibi: Si quis vero receipt (decimas) & ecclesie non reddiderit, christiana sepultura privatur.*

Item semetipsos voluntarie ex impatientia, ira, & 183 desperatione, & alia simili causa occidentes; c. Placuit 12. *caus. 25. quest. 5.*

Advertunt tamen Covarrub. lib. 2. *variar. resolut. 184 cap. 1. num. 11. Navarr. lib. 3. consil. 7. de sepult. Socinius jun. consil. 51. lib. 1. Piching. lib. 3. Decret. tit. 28. num. 65. Reiffenstuel loc. cit. num. 89. Barbosa ib. 2. *Jur. eccles. univers. cap. 10. num. 49. & de Of- fr.**

fic. & potest. Parochi part. 3. cap. 26. num. 49. Barghab. cent. 3. car. 20. La Croix lib. 7. num. 266. Samuel de sepult. tract. 2. controvers. 5. concl. 2. & plures alii, quod si quis reperiatur in puteo, vel in flumine submersus, aut laqueo suspensus, veneno, seu ferro interfectus, sepultura privati non debet, nisi aliunde constet, quod se ipsum volenter, & sui compos occiderit: Quod tamen in dubio non est præsumentum, cum in quibus delictum praesertim tam grave de nemine praesumatur, arg. leg. Merito 52. ff. Pro socio. (Vid. lit. 1 pag. 82. num. 14.) Tum quia ponit talis per insidias, aut vi per alium in puteum, vel flumen praecipitari, aut laqueo suspendi, seu quod satis probabile est, ex amentia, vel mentis alienatione se ipsum occidere, ut recte notant citati Doctores, & alii; Signum autem sufficiens suspicandi, quod adfuerit alienatio mentis, est, si antea animadversus est defigi in melancholia, Gobat in Quinar. tract. 5. cap. 5. num. 15. La Croix loc. cit. num. 256. & alii. Item si mane sit confessus, communicavit, & postea inveniatur mortuus cum laqueo in collo, seu demersus in puteo, vel flumine. Gobat loc. cit. n. 53. La Croix loc. cit. n. 256. cum Navarr. & Rodriguez ibi allegatis; Ubi subjungit, quod Lohner putat, si commode fieri potest, & sit suspicio voluntariae cadis, quod melius expectetur Judicium Episcopi; Sic etiam Reus non confessus, nec legitime convictus reperiatur mortuus in carcere, non ideo statim privandus est sepultura ecclesiastica, quia talis non sufficeret probatur esse malus, aut a se ipso, vel demone occisus, quia praesumentum est semper pro Reo, & pro innocentia; multa sunt enim mortis naturalis argumenta, uti tortura, carcer, vincula, tristitia, & hujusmodi, quia dicit Sanctus Augustinus de Civitate Dei lib. 19. cap. 6. etsi non morte puniantur, in ipsi, vel ex ipsis pleurumque tormentis moriuntur; La Croix lib. 4. n. 1477. cum aliis ibi citatis: Unde in similibus caute attendenda sunt omnes circumstantiae talis mortis, personae, loci, & temporis ad dignoscendum, an sit quis a seipso sibi bene praesente voluntarie occisus, vel ex amentia, seu mentis alienatione, aut ab alio, seu demone sit interfectus, aut ob aliquam ex assignatis causis obierit, & sic an privandus sit, nec ne, ecclesiastica sepultura?

Item sepultura ecclesiastica privatur suspensi impenitentes; cap. fin. caus. 13. quest. 2. Et sic omnes, qui in notorio, & ac certo peccato mortali absque penitentia decedunt, ut qui in actuali furto, & rapina, fornicatione, adulterio, & hujusmodi occiduntur, ut habet communissima Doctorum, arg. Quibus peccata 16. caus. 13. quest. 2. cap. Non estimemus 19. cap. Pro obeuntibus 21. cum seq. eadem caus. 13. quest. 2. cap. Fures, de Furtis, cum similibus.

Item Regulares utriusque sexus proprietarii, si moniti a Superiore absque emendatione, & penitentia decesserint; cap. Monachi 2. c. Super quodam 4. cap. Cum ad monasterium 6. de statu Monachor. Vide verb. Regulares art. 1. num. 16. ad 20. ubi adducuntur textus & casus.

Recte tamen advertunt quoad hoc Barbosa loc. cit. num. 49. Samuel de sepulturis contro. 6. conclus. 1. cum pluribus ibi allegatis, Roderic. in compend. qq. Regular. resolut. 18. num. 20. Portell. in dub. Regular. verb. Sepultura 11. & alii plures, non esse ita praecipitanter privandum ecclesiastica sepultura Religiosum inventum mortuum cum bursa denariorum: Praesumi enim debet, seu saltem potest, denarios non esse proprios, vel quod ex oblivione, aut negligentia alterius inibi remanserint, aut quod tales denarii essent sui Consanguinei, vel Amici, sed quod illos habuisset ad faciendam secretam restitutionem, seu eleemosynam, & hujusmodi: Unde in tali casu non esset Religiosus privandus ecclesiastica sepultura, nisi certò constaret, quod esset mortuus vere proprietarius, & impenitens; Et vel maxime, quod citata fura loquantur solum de Religioso a suo Superiore prius admonito, & nihilominus proprietario & impenitente defuncto.

Omnes quamvis exempti, & privilegiati, qui scienter sepeliunt aliquem tempore Interdicti, vel aliquem nominatim excommunicatum, vel personaliter publice interdictum, vel manifestum usurarium, vel haereticum, aut ejus defensorem, fautorem, vel receptorem, & peccant mortaliter, & eo ipso excommunicationem incurrunt, Clementina 1. de sepulturis, & cap. Quicumque 2. de Haeretic. in 6. Sepelientes autem alios sepultura indignos, ut suicidas, decedentes in peccato mortali, infantes non baptizatos, Cathecumenos, Religiosos proprietarios, &c. peccant quidem mortaliter, utpote in gravi causa agentes contra prohibitionem Ecclesiae, possuntque poena arbitraria ab Episcopo puniri, utpote qui potest transgressores legum ecclesiasticarum punire; At non incurrunt dictam excommunicationem, quia talis lex, utpote poenalis, non est extendenda ultra causam, & personas expressas; leg. Interpretatione 42. ff. de panis, ibi: Interpretatione Legum poena mollienda sunt, potius quam asperanda; cap. In poenis 49. de Reg. Juris in 6. ibi: In poenis benignior interpretatio est facienda, juncto c. Oda 15. eod. ibi: Oda restringi, & fautores contenti ampliari, Reiffenst. loc. cit. num. 94. Samuel loc. cit. tract. 2. contro. 10. conclus. 1. & alii passim. (Vid. lit. T pag. 6. n. 47. & tit. 21. p. 7. Ad rem verb. Filius, num. 13. in fin.)

A tali poena etiam ex praedictis aliquem sepelientes excusantur qui ex ignorantia, vel gravi metu coacti id faciunt; argum. cit. Clement. 1. de sepulturis, ibi: Qui propria temeritate audent, non sine contemptu clariorum ecclesiae scienter sepelire praesumunt, & cit. cap. Quicumque 2. de Haeretic. in 6. ibi: Quicumque Haereticos credentes, receptatores, defensores, vel fautores eorum scienter praesumpserint ecclesiam tradere sepulturae. Sic Glossa ibid. verb. Scienter. num. 3. Pirhing. loc. cit. num. 79. Reiffenstuel loc. cit. num. 95. & alii passim. Item a tali poena excusantur, qui tempore Interdicti sepeliunt in casibus a Jure, vel ab Apostolicis privilegiis concessis. Glossa in c. Clement. verb. a Jure in Reiffenst. loc. cit. num. 95. & alii passim.

Nomine sepelientium ad incurrendam dictam excommunicationem veniunt terram aperientes, in sepulturam mittentes, ipsam mandantes, aut concedentes, & procurantes, Anchar. in cit. Clement. 1. de sepult. n. 10. Pirhing. loc. cit. num. 80. Reiff. loc. cit. num. 97. Samuel loc. cit. tract. 2. contro. 10. conclus. 3. cum pluribus ibi allegatis. Item etiam cooperantes, associantes, seu curam portantes, & luminaria deferentes, Anchar. loc. cit. Samuel loc. cit. cum aliis ibi allegatis. Et ratio est, quia omnes isti participant in crimine criminoso, adeoque omnes isti subiacent dictae poenae, arg. cap. Nuper, & cap. Concubinae, de sentent. excomm. (Vid. verb. Cadaver, pag. 4. in add. hisp.)

Cadavera excommunicatorum denuntiatorum sepulta in loco sacro debent iterum exhumari, si ossa discerni possunt, & ecclesia propter talem sepulturam polluta reconciliari. Communis, textu expresso in cap. Sacris 12. de sepulturis, & c. Consulisti 7. de consecrat. eccles. Idem procedit de infidelibus, & paganis. Communis, textu expresso in cap. Ecclesiam 27. & cap. Ecclesiam 28. dist. 1. c. de consecr. ibi: Evulsis corporibus. Donec autem praedicta excommunicatorum, & infidelium, seu paganorum cadavera exhumantur, & ecclesia reconciliatur, nemo ibidem sepeliri potest. Communis, textu expresso in c. unico. de consecrat. eccles. in 6. (Vid. in fin.)

An autem etiam per sepulturam aliorum ipsa indignorum polluat ecclesia, & sic debeat reconciliari. Vide verb. Ecclesia, art. 4. a num. 51. ad 61.

Circa sepulturam excommunicatorum, seu absolutorum in articulo mortis, servanda est dispositio, cap. final. de sepult. S. C. Immun. in Medioh. 15. Febr. 1633. lib. 1. Decret. Paulucci pag. 150.

Supposita absolute, vel quod excommunicatus dederit in mortis articulo signa penitentiae, & praestiterit per haeredes cautione de restituendis damnis, quatenus reflecta non fuerint, conceditur facultas tradendi sepulturae ecclesiasticae. Sacr. Congr. Immun. in Militen. 23.

Septemb. 1656. lib. Decr. Rocci part. 2. in Theban. 6. Dec. 1695. lib. 1. Decr. Valleman. pag. 234.

Ordinaris mandet cadaver olim excommunicati, & in articulo mortis absoluti ab ejus simpliciter Confessario, sepeliri in loco sacro. Sacr. Congr. Immun. in Siphontia 3. Apr. 1661. lib. Decr. Rocci part. 329. b. m. m.

Cadaver excommunicati, qui non tantum dedit signa penitentiae, sed etiam decessit munitus Sacramentis, Episcopus tradat ecclesiasticae sepulturae ad formam cap. A nobis, de sentent. excomm. Sacr. Congr. Immun. in Nicosen. 12. Novemb. 1668. lib. 1. Decret. Alton. part. 288.

Quando quis non fuit declaratus excommunicatus, vel non fuit notorius, non potest impediri sepultura. Sacr. Congr. Immun. in Cathacen. 12. Novemb. 1647. lib. 4. Decretal. Paul. p. 30.

Cadaver correi homicidii in personam Sacerdotis, mortui, in excommunicatione, non est tradendus ecclesiasticae sepulturae. Sacr. Congr. Immun. in Feretrana 31. Jul. 1674. lib. 1. Decr. Alt. pag. 974.

Nisi Curia secularis amoveat impedimentum appositum sepulturae, ne Clerici cadaver sepeliatur, cum hoc sit contra christianam pietatem, & contra Jurisdictionem ecclesiasticam, Episcopus procedat prout de Jure. S. C. Immun. in Sarana 11. Maji 1675. ibi pag. 939.

Quoad excommunicatum defunctum Sacra Congr. injungit Episcopo, ut praecise informet super denegatione sepulturae ecclesiasticae. Sacr. Congr. Immun. in Meliten. 12. Januar. 1694. lib. 1. Decret. Vallem. pag. 98.

Alia ad rem. Vide verb. Cadaver, verb. Confraternitas, verb. Parochus, verb. Quarta Funeralis per tot. verb. Vestes num. 17.

Constructio, manutentio, & ampliatio, & restauratio communis sepulchri, seu coemeterii, fieri debet expensis Parochianorum, & non Parochi quamvis Parochus dives sit; quia cum id respiciat utilitatem, & commodum Parochianorum, qui sentiunt commodum, sentire debent & onus, cap. Qui sentit 55. de Reg. Jur. in 6. leg. Secundum naturam 10. ff. de Reg. Jur. (Vid. verb. Tutor, in add. nov. vers. In duodecimam) Spel. decr. 68. n. 8. Panim. decr. 6. adnot. 8. n. 31. & dec. 15. adnot. 1. n. 44. Crispin. de Visit. p. 2. §. 13. n. 9. Monac. p. 2. tit. 13. form. 1. n. 93. Joan. Baptista Bassi tract. de Socialibus, quest. 5. num. 15. impres. ad calcem, Amos-taz de causis piis. Ad expurgationem autem communis sepulchri, seu coemeterii, tenetur is, qui habet curam animarum, & emolumenta ratione funeralium percipit (si dives sit) & in subsidium tenetur populus. Sic Sacr. Congr. Conc. in Fossanen. 19. Septemb. 1617. in responsione ad quintum, super dubiis impressis in Synodo bona mem. Trotti ejusdem Episcopi p. 1218.

Occisus, seu casu moriens in confinio duarum parochiarum, si prius non sibi elegerit sepulturam, nec habeat sepulchrum majorum, sepeliendus est in parochia, sub cujus finibus reperitur caput cadaveris: Ubi enim est pars nobilior corporis, ut est caput, censetur esse totum; leg. Cum in diversis 44. ff. de relig. & sumptib. & funer. (Leg. 14. tit. 23. p. 3.) Et sic servat praxis, & communis consuetudo, quae est optima legum interpretatio, cap. Cum dilectus 8. de consecrat. leg. Si de interpretatione 37. ff. de legib. (verb. Consuetudo.)

Jam enim dictum fuit supra n. 84. quod habitans in confinio duarum parochiarum est parochianus illius parochiae, ex qua domus adium habet, quia ex aditu judicatur de domo, cui cedat; leg. Si cui aedes 31. ff. de legatis 111. Et si domus habeat duas portas, judicatur de ea parochia, in qua est porta principalis, & aditus magis frequentatus. Et si aditus, sive ostium sit a parte anteriori domus, & a parte posteriori, ac vicissim ingrediatur quandoque ab interiori, & quandoque a posteriori, nihilominus censendus est parochianus illius parochiae, in qua est aditus a parte anteriori domus, cum illa pars censeatur nobilior, & ubi est pars nobilior, censetur esse totum, per cit. leg. Cum in diversis, ut expresse docet Pignat. tom. 8. consult. 8.

num. 7. cum pluribus ibi allegatis: Ubi insuper recte addit, quod si tota domus sit in fundo parochiae A, & propterea amplianda, illi adjungatur aliud aedificium fundatum in vicina parochia B, istud aedificium adiectum accedit ad principale, & est ejusdem parochiae A, dummodo prius aedificium sit adhuc nobilior, amplius, & principalius, quia accessorium cedit principali; cap. Accessorium 41. de regul. Juris in 6. leg. Nihil dolo 128. §. Cum principalis 178. ff. de regul. Juris & sic decernitur in statuto Cleri Romani, cap. 3. §. 17. teste Pignatell. loc. cit. in fine (Vide lit. A pag. 38. ex num. 1. ad 15. & lit. D pag. 104. ex num. 60.)

Habens sepulchrum majorum, si decedat sine sibi specialiter electa alia sepultura, debet sepeliri in ipso majorum sepulchro, textu expresso in cap. Nos instituta 1. de sepulturis, cap. Cum quis 2. & cap. Is qui 3. eodem in 6. juxta dicta supra num. 8. Et si alibi sepeliatur per vim, aut fraudulenter, seu alius invidis, & factis Recltoribus ecclesiae, in qua adest dictum sepulchrum suorum majorum, est ipsi ecclesiae restituendum cadaver simul cum omnibus emolumentis, ut dictum est de eo, qui non sepelitur in sepultura a se electa. Vide supra num. 7. & sub verb. Cadaver, num. 11. ubi refertur sic decisum fuisse in Alexandrina, & Calaritana, & sic confirmatum fuisse ab Alexandro VII. constituto. incip. Aliis pro parte: Et sic respondit S. Congregat. Concil. in Lunens. Sarzan. Restitutions cadaveris 28. Novemb. 1721. & in Sorana Funerum 24. Aprilis 1723. & saepe saepius alibi. Electio enim sepulturae, & sepulchrum majorum in defectu electionis equiparantur, & de similibus idem debet esse judicium, l. Non possunt 12. & leg. Nam ut ait Podius 13. ff. de leg. Ne ad imparia judicentur adversus dispositionem textus in leg. Non debet 41. ff. de regul. Jur. cap. Non licet 33. de regul. Jur. in 6. cum concordantibus apud Rotam p. 19. tom. 1. dec. 2. n. 11. (Vid. lit. A pag. 198. col. 2. leg. 14. tit. 1. p. 1. tit. 33. p. 7. Vide etiam in verb. Exhereditatio.) Quamvis enim non expresse ipsum sepulchrum elegerit, tacite tamen, & simpliciter censetur elegerit per dicta supra n. 10. & 12. Taciti autem, & expressi idem est judicium; cap. Ex parte 2. de re script. l. Cum quid 3. ff. de rebus credit. (Vid. leg. 4. tit. 20. p. 3. & verb. Pascha, num. 30.) & frustra exprimitur, quod jam intelligitur; leg. Cornelius 66. ff. de heredit. instituta. leg. Hæc verba 3. ff. de legatis 1. Habeat enim pro expresse, quod tacite subintelligitur, leg. Fideicommissa 11. §. Si filio, ff. de legatis 111. (Leg. 10. tit. 12. p. 5. 10. tit. 4. p. 6. cum gloss. D. Gregor. Lopez ad rem pag. 53. lit. T. vers. Tirulus 5. m.) cum similibus. Nec potest alibi sepeliri, neque de consensu heredum, & parentum, cum istis non competat facultas ipsi eligendi sepulturam, quam neque pater extra sepulchrum majorum potest eligere filio puberi, & adulto; immo neque filio impuberi post mortem, per allata Decreta, & dicta supra num. 104. Unde caveant qui sic usurpant aliena cadavera: Tenentur enim etiam in foro conscientiae ad integram restitutionem, cum sic usurpent jura, & bona aliena.

Mortuus in carcere, in quo detinetur custodia, & correctionis causa, si non sibi elegerit sepulturam, vel non habeat sepulchrum majorum, sepeliendus est in parochia proprii domicilii. Si vero damnatus fuerit ad carcerem in perpetuum, vel ad certum tempus, sepeliendus est in parochia, cui subest carcer. Sic expresse per viam legis determinatum fuit in Statuto Cleri Rom. juxta ipsius novissimam compilationem, cap. 3. lit. F. fol. 20. ibi: "Carceribus quoque ex quavis causa ad custodiam, vel correctionem mancipati, si in illis mori contingat non electa sepultura, sepeliendi in ecclesia parochiali, in cujus parochia revent domicilium; damnatos vero ad carcerem in perpetuum, vel ad tempus, in ecclesia parochiali, cui subsunt carceres, tumulandos esse declaramus." Et in effectu ita praedicatum fuit de mense Martii 1707. favore Ecclesiae S. Mariae trans Tyberim pro carcerato defuncto in carceribus Capitolinis. Atque demum in praecisis nostris terminis probatur id praedicari in carce-